

folio

xlviij

*De Pluria dyaboli. et quomodo in
vidis dei sunt occulta. Ca. lxxx.*

Quidam
heremita qui cum in spelun-
ca quadam iacebat et diebus
et noctibus deuote deo seruebat. Iux-
ta cellam suam erat quidam pastor ouiu-
um qui pascebat oues. Accidit uno die
quod pastor erat somno oppressus. Ipso
dormiente quidam latro venit et omnes
oues secum abstulit. Superueniens to-
minus ouium a pastore querit ubi erant
oues. Ille vero incepit iurare quod oues
perdidit. Sed quomodo penitus ignora-
bat Dominus hoc audiens furore reple-
tus ipsum occidit. Heremita hoc videns
ait in corde suo. Deus ecce homo iste
culpam innocentem dedit et ipsum occidit.
Et quo ergo permittitis talia fieri propter
ad mundum vadam et sicut ceteri vitam
ducam. His cogitatis ille heremitarium
dimisit et ad mundum perrexit. Sed
deus ipsum perdere nolebat: angelus in
forma hominis ad eum misit ut se et as-
sociaret. Quem cum angelus in via eum
tem inuenisset ait ei. Remitte quo vadis.
At ille. Ad istam civitatem ante me. An-
gelus dixit ei. Ego in via ero comeatu-
rus. quia angelus dei sum et ad te veni-
ut simus socii in hac via. Ambo ambu-
labant versus civitatem. Cum autem intras-
sent: hospitiū a quodam milite propter
amorem petebant. Miles vero satis gra-
tanter eos recepit et honorifice ac splen-
dide cum bona deuotione in omnibus
ministravit. Miles iste tantum unicum
filium habebat in cunabulis iacentem:
quem multum dilexerat. cena facta ca-
mera est aperta et lecti satis honorifice or-
nati pro angelo et heremita. Media vero
nocte surrexit angelus et puerum in cuna-
bulis strangulavit. Hoc videns heremita

intra se cogitavit. Nunquid iste erat an-
gelus dei: bonus miles omnia necessa-
ria propter dei amorem ei dedit. et non ha-
buit nisi unicum filium innocentem: et
iste eum occidit. Sed tamen non aude-
bat ei quicquam dicere. Mane ambo sur-
reperunt et ad civitatem aliam perreperunt
in qua in domo unius civis satis hono-
rifice erant recepti et splendide ministrati.
Civis iste quendam aureum cippum quod
mirum modo dilexit habuit in quo ultra
modum gloriabatur. Media nocte surre-
xit angelus et furatus est cippum illum.
Heremita hoc videns intra se cogitabat.
Iste malus angelus est ut credo. Iste
civis nobis optime fecit et iste est furatus
cippum suum. tamen nihil ei loquebamur
quod timuit eum. Mane vero surreperunt
per viam ambulabant donec ad quandam aquam
peruenerunt ultra quam erat pons. Pontem
ascenderunt et quidam pauper eis obus-
abat. Ait angelus. Remitte monstra nobis
viam versus tale civitatem. Pauper venit se-
cum digito viam versus civitatem ostendit. Cum
vero disisset se angelus subito prosculpas
eum accepit et ultra potestatem proiecit et submer-
sus est pauper. Quod cum heremita vidisset
ait in corde suo. Iam scio quod iste dyabolus est
et non angelus dei bonus. Quid mali fecit
pauper iste: tamen eum occidit. Ab illo tunc
cogitabat ab eo recedere. Verum tamen timens
nihil loquebatur ei. Cum vero circa horam
vesperarum ad civitatem peruenissent ad do-
mum cuiusdam divitis accesserunt et hospiti-
um pro dei amore petebant. Ille vero sim-
pliciter eis negavit. Ait angelus dei. Amo-
re dei saltem tecum domus nobis concedatur. Ne
lupi aut male bestie hic nos devorent. Il-
le ait. Ecce domus ubi porci mei iacent si
placet vobis cum eis iacere potestis. si autem
recedatur quod alium locum vobis non dabo. Ait
ei angelus. si alius non potest fieri cum porcis vestris ia-
cebimus. Et sic factum est. Mane vero sur-
reperunt. Angelus hospitem vocavit.